

1475 Primis Januarii

Ex Orig. Arch. Regni.

Karimirus Rex Summam Centum Triginta  
Margarum super Castro et Civitate  
Ravene Generoso Hieronimo Groth  
Inscribit.

9.

Karimirus Dei Gratia Rex Polonie, Magnus  
Dux Lithuaniae, Russie, Prussiaeq; Dominus et  
Pieres ac Significamus tenore presentium qui:  
bus expedit Universis. Quomodo propter multa  
merita et servicia Generosi Hieronimi de No:  
wemieto Filij magnifici Groth Palatini et Ca:  
pitanei Ravensis et curiensis nostri fidelis dile:  
cti que nobis decenter et sumptuosè exhibuit et  
impedit sibi Centum Triginta marcas Peccunia:  
rum moneta et Numeri Polonicalium consuetorum  
Quadraginta videlicet et Octo Grossos inquamlibet Mar:  
cam computando. In et super Castro et Civitate Nostre  
Ravene neen Villis omnibus ad illa pertinentibus  
et spectantibus Tenute Patris Sui prefati magni:  
fici Groth Palatini et Capitanei Ravensis dedimus,  
Inscriptissimus, et assignavimus, damusq; largimur et  
inscribimus tenore presentium mediante. Per ipsos  
Groth Palatinum, ac Hieronimum filium suum eo:  
rumq; heredes et successores Legitimos prefatae Bo:  
na nostra Castrum videlicet et Civitatem Ravene  
ac Villas ad illa spectantes cum omnibus et singu:  
lis utilitatibus, fructibus, Censibus, redditibus, Tholo:  
neis, Agrisq; Pratis, Pasuis, Campis, Silvis, Gaiis  
Borris, Mellificijs, Aquis, fluvijs, fluminibus, Pisci:  
nis, Discaturis, Lacibus, Curijs, Domibus, Pradijs Or:  
tis, Thabernis, Molendinis, eorumq; emolumentis sue  
Mensuris, arcis, merieis, rubetis, Indaginibus, Quer:  
cetis Pinetis ceterisq; usibus et obventionibus gene:

xratibus universis, quocumque nomine nuncupen-  
tur que in eisdem Bonis sunt vel quomodo libet  
fieri possunt infuturum tenendum, habendum, ut ifru-  
endum pacificè et quiete possidendum. Tandem quo-  
usque ipsis aut eorum successoribus per nos aut nostros  
successores prefatae Centum et Triginta Marce una  
cum alijs Peccuniarum summis In eisdem Bonis  
nostri nos prius inscriptis fuerint integraliter  
persolite, quibus solutis possessio coronandam Boni-  
rum Castri scilicet et Civitatis Raveng ac Villarum  
ad illa pertinentium ad nos et successores nostros  
devolvetur pleno jure, iuribus nostris Regalibus  
semper per omnia salvis, in cuius rei testimo-  
nium Sigillum nostrum presentibus est subappen-  
sum Datum in Korinie feria Secunda in Cra-  
stino Circumcisionis Domini anno eisdem Do-  
mini millesimo Quadringentesimo Septuagesi-  
mo Quinto.

Stignus Episcopus et Vice  
Cancellarius manu propria  
subserpsit.

Producta, lecta et exoluta C. Vi:  
c. Cancellarius manu propria  
subserpsit

Ta kopia wypisana z Oryginalu Pergaminowego pre-  
stygionego od którego Pierwszy odziedzic, Tysiącznego Piedm.  
setnego, Osindriesiętego Piątego Roku, Dnia Dwunastego  
Miesiąca Lipca.